

Studium Generale in ea erigitur.

Datum die 8. Sept. 1307. P. An. III.

producantur viri docti, qui in Orbe terrarum velut splendor fulgeant firmamenti, & tamquam stella in perpetuas eternitates mansuri, ad justitiam valeant plurimos erudire, Apostolica auctoritate statuimus, ut in Civitate praedicta sit generale studium, illudque ibidem perpetuis futuris temporibus vigeat in qualibet facultate.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti infringere &c. Dat. Zanctoni, VI. Idus Septemb. Pont. nostri Anno III.

V II.

Confirmatio Electionis Henrici in Regem Romanorum.

Ex Regest. Clemens Episcopus, Servus Servorum Dei, Carissimo in Christo Filio Henrico Regi Romanorum Illustri salutem & Apostolicam Benedictionem.

Praemium.

Divinae Sapientiae imperscrutabilis altitudo, exemplo caelestium terrena disponens, riganque montes de superioribus suis, ut suorum operum fructu inferiori mundi machina salubriter dirigatur, sicut in firmamento Caeli duo luminaria magna constituit, ut Orbem vicibus alternis illustrent, sic in Terris dona praecipua & suprema, Sacerdotium videlicet & Imperium, ad plenum regimen & gubernationem spiritualium mundanorumque constituens, utriusque potestatem superna provisione discrete; ut eorum perutilis ministerii operosa diversitas nulla adversitate dissentiens, tam in executione commissi regimini, quam in voti unitate concordet, ipsorumque procul dubio universis pro futura concordia, alterutris fulta praesidiis, ac mutuis favoribus utriusque confota, liberius justitiae opus exerceat, pacem Mundo patriat, tranquillitatem inducat, & nutriat fecundam: Imperium quidem ad salutem Fidelium sacerdotali auctoritate dirigatur, & ipsius adjutum praesidiis, sedatis interdum procellosis imminentium tempestatum turbinationibus, tranquillum reddatur, & quietum: Sacerdotium vero pium & tutum debet habere recursum ad Imperialem mansuetudinem, debita sibi veneratione conjunctam, ut Imperii Romani fastigium, & ejus culmini praesidens, specialis Advocati & Defensoris praecipui circa Ecclesiam gerat effectum: & in ipsius fortitudine brachii defensionem Ecclesiasticae libertates, & jura manuteneantur ipsarum, extirpentur haereses, cultus christianae Fidei amplietur, & inimicis consternatis ejusdem, in pacis plenitudine sedeat Populus Christianus & in requie opulenta quiescat.

Nuncios Henrici ejus in Regem Rom. electionem Papae significavit.

§. 1. Sane nuper Venerabiles Fratres nostri Basilien. & Curien. Episcopi, & Dilectus Filius nobilis Vir Amadeus Sabaudiae, Joannes Salphini Viennen. & Albonen. Comites, Guido de Flandria, Joannes de Seraponte, Comes & Magister Simon de Manulla Thesaurarius Ecclesiae Meten, Ambasciatores Procuratores & Nuntii tui ex parte tua cum pleno sufficienti

mandato, prout per tuas patentes Literas, magno tui Sigilli appensione munitas, Nobis extitit facta fides, ad nostram praesentiam destinati, coram Nobis & Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus in publico & solemnissimo Consistorio nomine tuo, & omnium Principum, in Regis in Imperatorem postmodum promovendi, in electione voces habentium tam de consuetudine quam de jure, proposuerunt inter caetera coram Nobis, electionem de te ad praedictum Regnum, & Imperium postmodum promovendo ab omnibus Principibus vocem in hujusmodi electione habentibus fuisse concorditer & legitime celebratam: teque electioni hujusmodi consensisse, & alias solemnitates recepisse Aguisgrani, quas Praedecessores tui recipere consueverunt ibidem: supplicantes instanter, ac inter alia humiliter postulantes, tibi unctionem & consecrationem per nostras manus impendi, & Te in Imperatorem Romanum, Advocatum & Defensorem Ecclesiae, Imperiali diademate coronari: & ad hoc tibi certos locum & terminum assignari, & alias tibi concedi per Sedem Apostolicam favorem & gratiam consuetos.

§. 2. Nos igitur praemissis per eosdem Ambasciatores propositis diligenter auditis, nec non praedicto mandato, electionis quoque praedictae decreto cum praedictis Fratribus diligenter inspectis, plenaque deliberatione discussis, factaque Nobis de hujusmodi electione concordati & legitima plena fide, examinatione quoque de persona tua in eorumdem Fratrum praesentia per nos facta, in quantum te absente fieri potuit, super conditionibus omnibus, quae requiruntur in illo, qui est ad Imperialis culminis apicem sublimandus: quia ab olim Nos & Fratres nostri ex frequenti & familiari conversatione tua, & magnorum ac proborum Virorum testimonio indubitato & certo, excellentiam tuam fore percipimus magnarum virtutum gloriosis titulis insignitam, discretionis immensitate sublimem, providentiae maturitate fecundam devotionis claritate conspicuam: quodque in ea adeo prompti viget intellectus prosperitas, veritatis dilectio, & constantis fortitudinis firmamentum, ut tantarum virtutum Castris in ipsa regnantibus sublimium honorum extolli fastigiis rationabiliter mereatur: Te, charissimum Filium nostrum Henricum, in Regem electum, deputamus, nominamus, denunciamus, & declaramus Regem Romanorum de ipsorum Fratrum consilio, justitia exigente: tuamque personam, tot excellentium meritorum claritate suffultam, approbamus, pronuntiamus, & declaramus plene sufficientem & habilem ad suscipiendum hujusmodi Imperialis celsitudinis dignitatem: Decernentes & pronuntiantes, unctionem, consecrationem, & Imperii Romani coronam Tibi per manus nostras debere concedi loco & tempore opportuno, ad quae ex nunc nos offerimus nos paratos: Magnitudini tuae nihilominus concedentes nostrum & Romanae Ecclesiae favorem & gratiam consuetos: praecipientes ex nunc omnibus subditis tuis, quod Tibi tantam Regi Romanorum vero, & per Sedem

Ejusque nomen Imperiale diademate postulant.

Discussis cum Cardinalibus Clemens an gerendo Imperio par sit.

Persequitur illius virtutibus Regem Roman. pronuntiat.

Jabet Imperii clientem ipsi obtemperare.

Apo.

Imperialem injunctionem ad biennium extrahit.

Pateram ad Henricum exhercitat.

Dat. die 8. Augusti. 1308. Pont. An. IV.

Ex eodem Regest.

Causa sancienda legit.

Apostolicam approbato ad Imperium obtinendum, efficaciter pareant & intendant.

§. 3. Et quia tam pro generali futuro Concilio, quod jam mandavimus convocari, quam pro aliis arduis & inevitabilibus Fidei Christianae negotiis multa nobis imminere necessario facienda, quae non possent absque gravi periculo universalis Ecclesiae praetermitti, ante quorum expeditionem alia ponderosa implicare negotia, vel explicationi ipsorum intendere commode non possemus; ut urgentibus ad praesens negotiis utiliter expeditis, annuente Deo, votis tuis & postulationibus tam salaciter quam celeriter satisfiat, celsitudini tuae ad unctionem, consecrationem, & coronationem Imperii Romanorum de manibus nostris in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, Deo auctore, sumendas Festum Purificationis Beatae Mariae, quod erit usque ad biennium computandum a proximo futuro festo Purificationis ejusdem, Tibi de ipsorum Fratrum consilio assignamus: a dictis quoque Procuratoribus & Nuntis tuis, habentibus super hoc plenum & speciale mandatum, in animam tuam, prout ipsi nobis frequenter obulerant, recepimus debitum juramentum.

§. 4. Euge igitur, Fili charissime, recognosce humiliter tui beneficentiam Creatoris, ejus benivolentiam te coapta, dirige vias tuas in semitis mandatorum ipsius, ejus Ministros honora immo ipsum in illis, honora Ecclesiam Matrem tuam, longevitatem namque vite parentum etiam temporalium honorificatio pollicetur, recogita diligenter, & tenaci commenda memoriae quam gratiosam tam olim in multis casibus, quam nunc in Nuntiorum tuorum expeditione celeri & felici Romanam Ecclesiam invenisti; & ideo ipsam ejus & aliarum Ecclesiarum honorem & jura dirige, protege & conserva pacem dilige, Regem imitando pacificum; firma justitia Tronum tuum, illam scilicet: fructus enim justitiae pax, illa si ante te ambulet gressus tuos ponens in via, tibi ab invio praecavebit; nec te clementia deferat, quae amicos & devotos multiplicans, Imperii aditum firmitatem: age viriliter, & semper cor tuum in Domino confortetur.

Datum Avenioni septimo Idus (a) Augusti, Pontificatus nostri anno Quarto.

V I I I.

Excommunicatio contra Cudentes, & deferentes falsas monetas in Regno Franciae.

Clemens Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Prodiens quasi ex adipe iniquitatis multorum sceleratorum sinistra cupiditas eos in perniciem precipitare conatur; dum sequi miserabilem ejus ingluviem, fatietatis nescientem, moderamina non verentur; Ipsius etenim turpium lucrorum se facibus

(a) Apud Raynaldum legitur VII. Kal. Augusti.

immergentes, ambitiosis nexibus involvuntur, Dei timorem damnabili cecitate postponunt: & quasi ambulantes in tenebris, non vitant excidia personarum.

§. 1. Nuper siquidem ad nostri Apostolatus auditum multorum relatio fide digna perduxit, quod nonnulli, nullam habentes auctoritatem de jure vel consuetudine seu privilegio faciendi monetam, falsam monetam cudunt & fabricant in Regno Franciae & Locis circumvicinis. Alii vero monetam fabricatam sub vero signo Charissimi in Christo Filii nostri Philippi Regis Francorum Illustris studiose depravant, & ex hoc cadit a suo recto pondere. Quamplures etiam in Locis circumvicinis, quibus de jure ac consuetudine seu privilegio jus competit fabricandi monetam, signum proprium monete Regiae suae, quam fabricant, imprimere seu insculpere moluntur, ejusdem quantitatis & rotunditatis & Literarum figurae, quam habet moneta Regia, moneta suae, quam fabricant, quantum possunt similis, speciem & formam insculpunt, constituunt, & imponunt. Et quamvis moneta praedicta eorum ad usurpationem similitudinem praedictam deficiat a justo pondere argenti & solito, in Regia moneta & more & consuetudine observata; simplices tamen, & populares personae, non habentes inter monetas tante similitudinis peritiam discernendi, falluntur quotidie in usu monetarum, recipientes monetas falso assimilatas pro veris. Sunt & aliqui, qui scienter falsas monetas extra Regnum ipsum emunt, & postea infra Regnum ipsum eas portant, vendunt, & expendunt.

§. 2. Nos igitur, attendentes, quod iidem Falsarii, & fabricatores monetarum talium, & emptores praedicti, per hoc se dignos maledictione constituunt; eos, qui, ut praemititur, praemissa moliri, aut fabricare, emere, vel portare ad Regnum praedictum scienter praesumpserint, Excommunicationis sententia innodamus, absolutionem praedictorum Nobis & successoribus nostris, praeter quam in mortis articulo, reservata.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae innodationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Tolose II. Kalendas Januarii, Pontificatus nostri anno IV.

Clausula.

Dat. die 11. Decem. 1308. Pont. An. IV.

De



IX.

De reditu Civitatis Ferrarię sub antiqua Sedis Apostolicę obedientia & iurisdictione, ejusque privilegiorum confirmatione.

Clemens Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis Filiis, Universitati, Consilio, Populo, & communi Civitatis Ferrarię, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Proemium.

Plura Matris Ecclesię cura, de Filiorum suorum salute sollicita, est communi quodam pietatis affectu ad cunctos gerat sedula considerationis intuitum, illos precipue propensiori studio refovere desiderat, & suę dulcedinis suavitate rescere, illosque in oblivionem abire non patitur, quos longe a suis ablactatos uberibus & in devium raptos precipiti lapsu fortuna pressit acerbius, & avulsos a dulcibus ejus amplexibus calamitas durioris adversitatis afflixit. Non enim poterat sicis oculis intueri, quos in afflictione positos intollerabilis cruciatus attriverat; nec sine suspiriis illorum considerate miserias, quos iugo tyrannicę servitutis abfortos, & cuiuslibet penitus respirationis expertes, angustiis cernebat angariis impie cruciari. Hoc enim ipsa Mater Ecclesia in vobis, (quos privata peculiaritas uteri sui repositos servat in intimis & inviolabilis necessitudo connectit) frequenter experiens, amaras plerumque lacrymas est coacta perfundere, sentire dolores, & ingeminare suspicia ex diversarum persecutionum procellosa tyrannide, quam in vobis hostilis multotiens & crudelis immanitas agitavit. Verum, quantumcumque periculosa sint tempora, & Mundus positus in maligno, non tamen deferunt in fluctibus quarumlibet tempestatum consolationum remedia Sponsę Christi. Non enim attingit votum proprium Pharaonis astutia, fatagens in masculis extinguere Israclem; non prevaluit Herodianę persecutionis impietas, quin puer nobis datus cęlitus in hereditatem gentium supervivat: Nec Tyrannorum fervor, in Christi Ecclesiam, eiusque membra quantumcumque deserviens, evertere potuit eius solida fundamenta, super firmam petram solidatę fidei stabilita; quantumvis procellosis impulsibus sint percussa.

Sane, quantis ab olim Ferrariensium Civitas eidem Ecclesię peculiariter, ab ipso sui primordio & primario fundamento, pleno iure etiam temporaliter immediate subiecta fuerit, tempestatibus & procellis exposita, quantissime periculosis discriminibus conquassata, nec Mundus ignorat: Nam licet ipsa, post di-ram sacrilegi quondam desiderii Regis tyrannidem, eam terribiliter impugnantis, virtuosę brachio preclarissimę memorię Caroli Francorum Regis Illustris in succursum eiusdem Ecclesię invocati & viriliter occurrentis, elisam, ad dominium extiterit eiusdem Ecclesię, ipsius incliti Regis virtute suffragante, redacta; Et demum etiam post longa temporum effluxa curricula diversorum Tyranno-

A Carolus Magnus ad Ecclesię dominium vindicavit.

Ferraria pro- tate peroleffa calamitates sub Longobardis.

rum usque ad presentia tempora fuerit, crudeli protervia debacchante, convulsa tandem, dextera Domini faciente virtutem, extinctis ignibus dirę Tyrannidis, quę ipsam extremę servitutis cruciabat angariis, & angustiis deprimebat, eadem Ecclesia de ipsius Civitatis reintegratione sollicita, desideravit anxie, ut ipsa, quę diu, temporis faciente malitia eiusdem pię Matris suavitate uberum non gustarat, sed per abrupta & invia, per obertationis involucrum deviarat, ad viam reduceretur suavis rectitudinis; & salutis modos & vias exquirendo multiplices, tam per Legatos & Nuntios, quam per alios devotos & fideles ipsius, ut cęcitatis excussa caligine, ac iugo servitutis abiecto, ad eius reduceretur suave dominium, novęque salutis acciperet libertatem.

Sedis Apost. de eadem sollicitudo.

De Venetorum tyrannide liberata.

Sed adhuc Leviathan tortuosi colubri, qui habens odio vias rectas, sinuosos semper querit anfractus, exufflante nequitia, irruii iterum excitatus ab illo, qui inceptor est malorum omnium, venenosus Venetorum ventus; ut, recidiva peste, ipsius Civitatis concuteret angulos, & everteret fundamentum. Sed eadem Ecclesia, pio sibi semper affectu compatiens, post intentatam per eosdem Venetos hostilitatis dirę sevitię, inter terribiles eorum insultus & bellicosos impetus, quibus Civitatem ipsam & Incolas, ut eorum servituti iterata quadam plaga subigerent, & dolorem super dolorem apponerent, undique impugnabant, occurrit statim & affuit desperatis filiis in manu forti & gloriosa potentia quę, Venetorum ipsorum furia ignominiose calcata, ab eorum faucibus vos & ipsam prepotenter eripuit; & a rugientibus preparatis ad escam sua vistrici dextera liberavit; ut iam, per Dei gratiam erepti de durissimo Pharaonis imperio, possitis liberius ad superna conscendere, & iugo captivitatis abiecto, acceptę letari commodis libertatis.

Ferrarienses per Nuncios eiusdem Sedis dominium profitentur.

Vos ergo, sicut devotione fervidi, & fidei sinceritate preclari, indulta vobis per eandem Ecclesiam tot gratiarum beneficia copiosa ad memoriam reducentes, & pium eiusdem matris affectum, sicut benedictionis & gratię filii salubriter attendentes, cupientes humiliter ad benignum & gratiosum ipsius redire dominium, unde jam dudum, ut premittitur, fueratis exclusi, ut possitis amodo suavi suorum uberum dulcedine refoveri, salubri usi consilio, & diligenti deliberatione prehabita, per Venerabilem Fratrem nostrum Guidonem Episcopum, & dilectos filios Pignatonum de Pignatonibus & Antonium de Alexio Judices, Vassallum Mercatorem Octobonum dictum, Bracharinum, & Nascimbene de Brinis Notarios, Concives vestros Sindicos, & Procuratores & Nuntios ad hac specialiter ad Sedem Apostolicam destinatos, habentes ad hac a vobis sufficiens & speciale mandatum, vos & eandem Civitatem Ferrariensem, ejus personas, bona, Comitatum, Territorium, & districtum cum iurisdictione alta & bassa recognovistis pertinere, & pertinuisse etiam ab antiquo, & a fundatione Civitatis eiusdem ad dominium Romanę Ecclesię supradictę: Et nihil-

Ferrariensium Nuncios Papę iuramentum fidelitatis prestant.

Instrumentum peractę rei.

nihilominus Civitatem, personas, bona, Comitatum, Territorium, & Districtum prefata in nostris, & ejusdem Ecclesię manibus, quantum in vobis extitit, libere & totaliter subiecit, transulit, & plenarie submisistis: Pro quibus omnibus & singulis Sindici memorati nomine vestro Nobis & eidem Romanę Ecclesię iuramentum fidelitatis, & ligium homagium presterunt, prout in Instrumento publico inde confecto plenius continetur, cujus tenorem de verbo ad verbum presentibus inferi fecimus, qui talis est.

In nomine Domini amen. Noverint universi, presentis Instrumentum publicum inspecturi, quod anno Domini millesimo trecentesimo decimo, Indictione octava, die Martis vigesima septima Mensis Januarii, Pontificatus Sanctissimi Patris & Domini, Domini Clementis, Divina Providentia Papę Quinti Anno quinto, Avenioni in Palatio Loci Fratrum Ordinis Predicatorum, in quo idem Dominus Papa tunc residentiam faciebat, in Consistorio publico & solemni, ubi idem Dominus Papa una cum Sacro Collegio Reverendissimorum Patrum Dominorum Sanctę Romanę Ecclesię Cardinalium, videlicet Dominis Leonardo Albanen., Petro Sabinen., Joanne Portuen., & Berengario Tusculan., Episcopis: Joanne Sanctorum Marcellini, & Petri, Thoma Sanctę Sabine, Nicolao Sancti Eusebii, Guillelmo Sanctę Potentianę, & Stephano Sancti Ciriaci Tituli, Presbyteris: Landolfo Sancti Angeli, Jacobo Sancti Georgi ad velum aureum, Francisco Sanctę Marię in Cosmedin, Ricardo Sancti Eustachii, Luca Sanctę Marię in Vialata, Petro Sanctę Romanę Ecclesię, & Raymundo Sanctę Marię Novę, Diaconis Cardinalibus; aderant, & presentes erant, coram eis stante fidelium Clericorum videlicet & Laicorum, multitudine copiosa, Venerabilis Pater Dominus Guido Episcopus Ferrarien., & discreti Viri, Pignatonus de Pignatonibus, & Antonius de Alexio Judices, Vassallus Mercator Octobonus dictus, Bracharinus, & Nascimbene de Brinis Notarii, Cives Ferrarienses, Ambassadors & Sindici, ad hac per Reverendum Patrem Dominum Arnaldum Dei gratia Sanctę Marię in Porticu Diaconum Cardinalem, Apostolicę Sedis Legatum, tam ex plenitudine potestatis, quam habet Romana Ecclesia in Civitate & Districtu Ferrarien., quam ex potestate sibi per nobilem virum Dominum Geraldum de Tartis, Potestatem Vexilliferum, Preconsulem Notariorum, Antianos, Capitulum Societatum, Consilium, Populum, & Commune Ferrarię, attributa, super hoc specialiter electi, prout de huiusmodi potestate dicto Domino Legato, ut preedicitur, concessa apparet per publicum Instrumentum manu Perini nati Domini Octoboni Bracharini Civis Ferrarien. Notarii confectum: nec non de electione ipsorum Ambassadorum & Sindicorum facta per dictum Dominum Legatum per literas ipsius Domini Legati in modum publici Instrumenti per manum Leonis Nigri de Setia publici Apostolicę & Imperialis auctoritate, Notarii, confectas & dicti Domini Legati Siball. Rom. Tom. III. Pars II.

gillo pendenti munitas, plene constat; idem Dominus Papa prefata Instrumentum & literas publice & alta voce per discretum Virum Magistrum Joannem de Verulis Camera sue Clericum legi fecit, quarum tenores tales sunt: In Christi nomine Amen. Anno ejusdem natiuitatis millesimo trecentesimo nono, Indictione septima, die secundo Mensis Septembris in presentia mei Notarii & Testium infra scriptorum, ad hac specialiter vocatorum & rogatorum, in majori & generali Consilio quingentorum Populi & Communis Civitatis Ferrarię super Palatio ipsius Communis per Campanam & vocem praconiam, more solito, congregato, ad honorem & reverentiam Sanctissimi Patris & Domini nostri Domini Clementis Papę Quinti, & Sanctę Romanę Ecclesię & Sacri Cętas Reverendissimorum Patrum Dominorum Cardinalium, & Reverendi Patris Domini Arnaldi Sanctę Marię in Porticu Diaconi Cardinalis, Apostolicę Sedis Legati: in quo quidem Consilio aderant magnificus Vir Dominus Geraldus de Tassis Potestas, Vexillifer, Preconsul Notariorum, Antiani, Capita Societatum, & plussquam trecenti octuaginta ex Consiliariis predictis, qui fecerunt & faciunt longe plus quam duas partes Consiliariorum dicti Populi & Communis; prefatus Dominus Potestas in dicto majori & generali Consilio, convocato & congregato super dicto Palatio, more solito, ut supra, cum voluntate, consilio, & assensu dictorum Vexilliferi, Preconsulis Notariorum, Antianorum, Capitulum Societatum, & Consiliariorum, & hominum & dictorum Populi Communis & Universitatis Ferrarię in presentia cum auctoritate & decreto dicti Domini Potestatis, ibidem precedente & prius interposito, reputantes ex nunc illum & illos, suum & suos, & dictorum Populi Communis, & Universitatis Syndicum & Sindicos; quem & quos dictus Reverendus Pater Dominus Legatus duxerit eligendum, seu nominandum, eligendos seu nominandos; eumque & eos ex nunc eligentes & approbantes, perinde ac si per ipsos eisdem Potestatem, Vexilliferum, Preconsulem Notariorum, Antianos, Capitulum Societatum, Consilium, Populum, & Commune Ferrarię fuissent vel forent specialiter electi, dederunt & concesserunt, & dant & concedunt omni modo & jure, quo melius possunt eidem sic eligendo & nominandis, plenam generalem & liberam potestatem, & administrationem, & mandatum speciale & generale; & ipsum & ipsos cum huiusmodi potestate & mandato fecerunt & faciunt suum & suos, & dictorum Populi, & communis ac Universitatis Syndicum & Sindicos, Procuratorem & Procuratores, ad presentandum se dicto modo & nomine & pro eis coram presentia Sanctissimi Patris & Domini nostri Clementis Summi Pontificis, & Cętas Reverendissimorum Patrum Dominorum, Cardinalium, ad recognoscendum, quod dicta Civitas ab antiquo & antiquissimo tempore Romanę Ecclesię semper subfuit & adhuc subest pleno jure, etiam quoad temporale, iurisdictionem, merum imperium atque mixtum; & ab ea recepit primarium fundamentum.

Littere Credenciales ad Nuanciorum.

InfFerrarienses Rom. Ecclesię subditos ab immemorabili tunc.



mentum: & ad libere & absolute offerendum & resignandum, concedendum, subiciendum, transferendum, dandum & submittendum eidem Summo Pontifici, & Ecclesie Romanae Civitatem praedictam, & Comitatum, & districtum ipsius, omnia pedagia, datia, Telonea & Ripatica, aquas, aquarum decursus, omnes redditus & proventus eorundem Civitatis, & Districtus, & Comitatus, & obventiones quas-cumque eorundem, jurisdictiones altas & bassas, merum, mixtum imperium, gladii potestatem & bona & jura omnia, quocumque nomine nominentur, quae ipsa Civitas, Districtus, & Comitatus, & Populus Ferrariae, seu quivis ibidem Praesidens soliti sunt tenere, possidere, vel quasi seu exercere per se vel per alium quocumque modo vel nomine: ac etiam ad obligandum dictum Commune, homines, personas, & bona ipsius, & permittendum, quod perpetuo & omni tempore habeant & tenebunt rata & firma omnia & singula, quae dicti Syndicus vel Syndici permittent, vel facient; ac etiam omnia, quae Summus Pontifex & Sedes Apostolica dixerit, fecerit, vel explicaverit in praedictis & circa praedicta, & eorum & cujuscumque eorum occasione: ita quod intellectus praedictorum, & eorum, quae dicti Syndici permittent vel facient, quae aliquantulum per Dominum Papam & Sedem Apostolicam dicta & ordinata fuerint in praedictis & eorum occasione, & quod contra ea nullo tempore venient de jure nec de facto per se nec per summam personam aliquo modo vel causa: & ad faciendum & praestandum dicto Domino Papae & Sedi Apostolicae fidelitatis homagium, & juramentum, & quascumque alias conventiones, promissiones, transactiones, renunciationes generales & speciales, & pacta, & juramenta cujuscumque generis in dictorum Constituentium animas, obligationes, & submissiones, cum adjectione penarum temporalium & spiritualium, & sive quae praefatus Summus Pontifex per se & Ecclesia Romana, vel aliis recipere voluerit in praedictis & super praedictis, vel aliis quibuscumque: & quae dicti Potestas, Vexillifer, Praeconsul Notariorum, Antiani, Populus, Consiliarii, & Commune promittere, obligare, facere, & explicare possent, si praesentes essent, etiam si talia sint vel fuerint, quae mandatum exigent vel exigant speciale: & etiam si majora sint vel fuerint, quam ea, quae expressa sunt in praesenti Instrumento: promittentes habere & tenere perpetuo rata & firma omnia & singula, quae dicti Syndicus & Syndici in praedictis & circa praedicta, & ea tangentibus, & eorum & cujuscumque eorum occasione, vel aliis quibuscumque dixerint, permiserint, fecerint, vel gesserint, seu procuraverint quocumque modo: dicentes insuper & protestantes, multas alias justas, veras, & rationabiles causas praecessisse, subesse & inesse, propter quas dicti Potestas, Vexillifer, Praeconsul Notariorum, Antiani, Capita Societatum, & Consilium praedicta fecerunt & faciunt; & renuntiaverunt exceptio-

ni & conditioni sine causa, & ex injusta causa doli, & in factum, & omni alii juri, legi, rationi, & defensionem, quibus se contra praedicta & eorum aliquid tueri vel adjuvare possent. Actum Ferrariae in supra scripto Palatio Communis Civitatis Ferrariae, praesentibus Venerabilibus Patribus, Domino Arnaldo Abbate Tuellen, Lemovicen Diocesis, Domino Guillelmo Abbate Sancti Fremerii Vafaten Diocesis, Domino Gerardo de Ginnamis de Parma, Juce & Assessore dicti Domini Potestatis; & Sapientibus Viris Dominis Petro de Sifante, & Aimerico Sbuga Judicibus; Magistro Gratiadeo Phisicae Artis Professore, Dominis Octobono Bracharino, Gilio de Compendello, & Jacobo de Oifante Notariis Civibus Ferrariensibus, Petro & Antonio Praeconsulibus & Ban-nitoribus Communis Ferrariae, & multis aliis ad haec vocatis Testibus, & rogatis. Et licet in majori & generali Consilio Quingentorum Populi Civitatis Ferrariae in Palatio Communis, more solito congregato, nemine discrepante, excepto uno, obtentum fuerit, & firmatum secundum quod superius continetur; demum tamen adveniente die quarta supra scripti Mensis Septembris Anno Domini, & Indictione praedictis, post praedicta omnia & singula sic peracta in publico parlamento sive arengo, in majori Ecclesia Ferrariensibus congregato, in quo erant & fuerant dicti Domini Potestas, Vexillifer, Praeconsul Notariorum, Antiani, Populus, & longe major pars hominum dicti Communis Populi dictae Terrae, in praesentia Venerabilis Patris Domini Arnaldi divina providentia Sanctae Mariae in Porticu Diaconi Cardinalis, Apostolicae Sedis Legati, praedicta omnia & singula superius adnotata, confirmata, approbata, corroborata, & de novo facta fuerunt per praedictos Potestatem, Praeconsulem, Vexilliferum, Antianos, & universum Populum, existentes ibidem ad majorem praedictorum omnium perpetuam firmitatem, praesentibus Reverendis Viris Dominis, Florentin, Ferrariensibus, Bononiensibus, & Perusin, Episcopis; & Domino Guidone de Troctis Milite, Aldigerio de Fontana, & Domino Aimerico Sauga Judice, Domino Antonio de Alexio Judice, Domino Pignatone de Pignatonibus Judice, & Lanzaloto ejus Fratre, Domino Joanne de Rossis, Francisco de Vicedominis, Domino Antonio Carpifava Notario, Domino Octobono Bracharino Notario, & Dominis Albertino de Barile, Nascimbene de Brinis, Andrea de Mancis, Jacobo de Bemammi, Bonmercato de Conte, Naximpance de Nigris, & Egidio de Campedello, Notariis Civibus Ferrariensibus, & multis aliis ad praedicta vocatis Testibus & rogatis. Qui omnes Notarii praedicti, & omnes alii Notarii, in dicto Arengo seu Consilio existentes, rogati fuerunt facere de praemissis omnibus ejusdem tenoris unum & plura publica Instrumenta. Ego Perinus filius Domini Octoboni Bracharini Notarii, Civis Ferrariensibus, publicus Imperiali auctoritate Notarius, celebrationi hujusmodi Sindicatus, & corroborationi ejusdem, necnon & omnibus & singulis superius annotatis, praesens fui, scripsi, & in publi-

Eadem confirmata a Populo.

cam

Littere Credentiales a Legato Ecclesie ejusdem roboratae.

cam formam redegei, meumque signum feci rogatus.

§. 4. Noverint universi, praesentes litteras inspecturi, quod Nos Arnaldus Miseratione Divina Sanctae Mariae in Porticu Diaconus Cardinalis, Apostolicae Sedis Legatus, de plenitudine potestatis, quam habet Ecclesia Romana in Civitate Ferrariensibus & in Districtu; & Nobis etiam per Consilium Quingentorum Populi, & per universum Populum Civitatis ejusdem specialiter attributa, elegimus apud Civitatem ipsam, dum eramus ibi, & nunc de novo etiam eligimus in Civitate Bononiae auctoritate potestatis praedictae Venerabilem Patrem Dominum Guidonem Episcopum Ferrariensibus & prudentes viros atque discretos Pignatonum de Pignatonibus, Antonium de Alexio Judices, Vassallum Mercatorem Octobonum dictum, Bracharinum, & Nascimbene de Brinis, Notarios, Cives Ferrariensibus, fideles & devotos Romanae Ecclesiae, latores praesentium, Ambassiatores & Syndicos Populi & Communis Ferrariae; nec non eligimus similiter pro Notario ipsorum Ambassiatorum Perinum filium dicti Octoboni: quibus auctoritate, qua fungimur, concedimus licentiam exponendi Ambassiatam eis impostam per ipsum Populum & Commune, sigillatam sigillo Communis praedicti, coram Sanctissimo Patre & Domino nostro Domino Clemente Summo Pontifice, & Sacro Ceto Dominorum Cardinalium, semel & pluries, prout ipsis Ambassiatoribus & Syndicis melius & convenientius videbitur, pro utilitate dicti Domini nostri & Sanctae Romanae Ecclesiae, & praedictorum Populi & Communis. In cujus rei testimonium praesentes litteras scribi & publicari mandavimus per Leonem de Setia Notarium infra scriptum, & Sigilli nostri munimine roborari. Datum & actum Bononiae in Camera nostra, praesentibus Venerabili & Religioso viro Domino Guillelmo Abbate Monasterii Sancti Fremerii Vafaten Diocesis, & Domino Fortonerio Cantore Ecclesiae de Sancto Aterio, Testibus ad praedicta vocatis specialiter & rogatis. Sub anno Domini millesimo trecentesimo nono, Indictione septima, die vigesima Mensis Octobris, Pontificatus ejusdem Domini Clementis Papae Quinti anno quarto. Et Ego Leo Joannis Nigri de Setia, publicus Apostolica & Imperiali auctoritate, & dicti Domini Cardinalis Notarius, praedictis omnibus praesens interfui, & ea fideliter de mandato praefati Domini scripsi, & publicavi, signoque meo consueto signavi rogatus.

§. 5. Hujusmodi autem per dictum Magistrum Joannem Instrumento & Litteris seriose perlectis, praefati Ambassiatores & Syndici nomine Potestatis, vexilliferi, Praeconsulis, Antianorum, Capiti Societatum, Consilii, Populi, & Communis Ferrariae praedictorum, & pro eis & ipsorum quolibet & singulis de dictis Populo, & Comuni, & etiam pro se ipsis recognoverunt, & etiam professi sunt, dictam Civitatem Ferrariae cum omni suo Comitatu, Territorio, & Districtu, quoad temporalem etiam jurisdictionem, &

Bull. Rom. Tom. III. Pars II.

omnimodam, & merum imperium atque mixtum, ab antiquissimo tempore & a fundatione ipsius Civitatis eidem Ecclesiae Romanae subesse & subsuisse pleno jure; & quod ab eadem Ecclesia receperat primum fundamentum: propter quod ipsi & eorum quilibet nomine praedictorum Potestatis, Vexilliferi, Praeconsulis, Antianorum, Capiti Societatum, Consilii, Populi, & Communis, & cujuslibet eorum, & pro ipsis & eorum singulis, & etiam pro se ipsis, ipsam Civitatem, Comitatum, Territorium, & Districtum, cum Pedagiis, Datiiis, Theloneis, Ripaticis, Aquis, Aquarum decursibus, jurisdictionibus altis & bassis, mero & mixto imperio, gladii potestate, & omnibus jurisdictione, ac bonis & juribus omnibus, quocumque nomine censantur, praedicto Domino Papae praesenti & recipienti, ejusque Successoribus, & eidem Ecclesiae Romanae obtulerunt, resignaverunt, subjecerunt, transfulerunt, & submiserunt in hunc modum, Ne sub incerto sint dominio, & superioritatis jura profiteri tenentur, & agnoscere, quocumque sub aliorum dominio & superioritate sunt; & maxime ubi continetur veritatem veri domini Tyrannorum usurpatio se abjecit; qua cessante, expedit, immo necesse est, quod vera professio declaret, quod per usurpationem tyrannidis aliquantibus temporibus fuerat obscuratum, propter quae Nos Frater Guido Episcopus Ferrariensibus, Pignatonum de Pignatonibus, Antonius de Alexio, Judices: Vassallus Mercator Octobonus dictus, Bracharinus, & Nascimbene de Brinis, Notarii, Ambassiatores, & Syndici Populi & Communis Ferrariae, nostro nomine, & totius Communis & Populi Civitatis ejusdem, cujus Sindicatum cum plenissima potestate in praesentia Sanctitatis Vestrae & Sacri Collegii Dominorum Cardinalium exhibemus, profitemur, & agnoscimus, Civitatem Ferrariae ab initio fundatam fuisse per Summum Pontificem in solo Ecclesiae Romanae, ipsius sumptibus & expensis, & ab eadem dotatam, ordinatam, & Populorum multitudine decoratam fuisse. Cumque postmodum processu temporis per oppressionem Desiderii Regis Longobardorum servituti subiecta fuisset, per ministerium Adriani felicis recordationis summi Pontificis invocato ad hoc brachio invictae memoriae Caroli Regis Francorum, restituta extitit eadem Civitas pristinae libertati, & diutius in debita libertate permanit. Tempore vero postmodum succedente, tyrannica pestis Salhenguerria Civitatem eandem servili conditioni supposituit, & eam longis temporibus quasi servam supeditavit, tyranniceque tractavit. Quod Sancta Romana Ecclesia pia Mater diligenter attendens, & Filiorum suorum Civium Ferrariensibus calamitati compatiens, ad partes illas destinavit Legatum, & contra ipsum tyrannum exercitum maximum congregavit; sicque dictam Civitatem, & ejus Comitatum, Districtum, atque Populum, a dicta servitute tyrannica liberavit, & sub Domino Ecclesiae redegit & reduxit. Quapropter recognoscimus & avocamus Civitatem Ferrariensibus, cum per-

Ferrarienses Rom. Ecclesiae se dediderunt, nonnullis additis declarationibus.

Salhenguerria Ferraria Tyrannus.

Q.



Etenim vis

tenentis suis & districtu, ac totum Comitatum Ferrarię fuisse ab antiquo & a fundatione ipsius Civitatis, & esse de Dominio temporali Romanorum Pontificum, & Sanctę Romanę Ecclesię; super quo recognoscimus privilegia, & registra, & Librum Censualem ejusdem Romanę Ecclesię, & ea, quę continent, vera esse, & indubitata; & eis, quantum ad nos attinet, fidem nomine, quo supra, plenariam adhibemus. Item profiteor & agnosco; quod pro eo tempore, quo dicta Civitas, Comitatus, & Districtus ipsius, fuerunt sub manu quondam Marchionum Esten., non voluntarie subfuerunt, eisdem obdiderunt, aut eorum violentiam & metum mortis & cruciatus Corporum, quibus resistere non potuerunt propter nimiam sevitiā ipsorum & tyrannicam potestatem: sed inspirabant & gemebant sub indebitę servitutis mole, aspirantes & desiderantes cum multis gemitibus videre tempora, quę nunc vident, videlicet quod ad naturale Dominium Sanctę Romanę Ecclesię redirent, sub vero dominio ipsius & regimine regerentur, & defenderentur, a tyrannorum impressionis, persecutionis, & usurpationis molestia liberati: qui Tyranni neque centenaria prescriptione quidquam de jure Sanctę Romanę Ecclesię diminuerunt potuerunt, eo quod tyrannica & violenta possessio caret bono principio & medio, per quod concluditur quod & sine; licet nec tempus centum Annorum, immo etiam nec septuaginta deflexerit, per quod jus & dominium Sanctę Romanę Ecclesię intactum est & extitit, ac illesum ut tunc & nunc, & medio tempore dominium illibatum ipsius Ecclesię est & fuit.

Veneturum violentia.

§. 6. Verum Omnipotens Deus, qui suo alto consilio de malo bonum elicit, pro sua Sancta Romana Ecclesia, & pro Nobis, Communi, & Populo Ferrarię, iis diebus operatus est magnalia. Benedictus ipse; Nam Veneturum Populus quærentes, quę sua non sunt nec fuerunt nec erunt, moliti sunt iis diebus Populum Ferrariensem, Civitatem, & Districtum, ut ipsum vel ipsa Sanctę Romanę Ecclesię subtraherent dominio, cuius sunt & fuerunt & semper erunt, Domino concedente; ac ea per turbulentam rabiem, & hostilem incursum suo jugo, igne, gladio, cæde, ac incendio inferentes Nobis, & eidem Populo per terram & aquam vim, vivæque guerrę molestiam, manciparent; sed conatum ipsorum execrabilem pius & misericors Deus ad honorem vestrum, Sanctissime Pater, & Sanctę Romanę Ecclesię, ac tranquillitatem, & pacem nostri Populi Ferrarię, modis & viis divinitus inspiratis convertit. Nam idem Populus Ferrarię, qui multo tempore sub tyrannis ipsam tendentibus obmutuerat, quia os aperire non poterat, nec audebat; Tyrannis ipsis subductis de medio, statim supervenit Veneturum superbia cum furore, adducere moliens calamitatem super capita Populi Ferrarię, & tam vehementis servitutis molem, quod Populus Ferrariensis, ut hujusmodi conat.ii ob-

sisteret, & ipsius obviaret principiis, os ipsum oportuit aperire, & ad vos Sanctissimum Patrem, verum Dominum suum, recurrere ac clamere, Abba Pater, ut de tantis necessitatibus & tribulationibus liberaret eosdem, & ab eo postulare contra sevientem rabiem Veneturum defensionis clypeum, ut exurgeret in adiutorium contra Guerram Veneturum illatam; quia Populus Ferrariensis per se etiam ad modicum tempus sufficere non valebat. Vos autem, Pater Sanctissime, Populi vestri Ferrarię, super exhibitione præsidii ac succursus contra Venetos, statim misso Legato de Latere, & non quocumque, sed de Latere ac vestro sanguine benedicto, Reverendo scilicet Patre Domino Arnaldo Dei providentia Sanctę Marię in Porticu Diacono Cardinali, Patre videlicet magnę scientię ac sapientię, magnę discretionis & experiencię, magnę honestatis & munditię, cujus virtuosa opera & fama præclara jam per omnes fines Italię dilatantur, extento brachio virtutis & fortitudinis Sanctę Romanę Ecclesię spirituali & temporali, ex surrexistis nedom in adiutorium ipsius vestri Ferrariensis Populi, immo quasi totum ut Minister & Vicarius Jesu Christi pregestis, quoad obtondendam Veneturum superbiam, & ad nostram est liberationem peractum; vester autem Populus Ferrarię, de faucibus Veneturum, in quas pene lapsi fuerant, erepti, nunc per manum vestram validam, Sanctissime Pater, liberati & in tuto positi, & plena libertate fruētes, ad gratiarum actiones assurgunt, ut Vassalli Domini suo servire parati: certe profiteor, quod si super dominio Ferrarię Civitatis & districtus vos, Sanctissime Pater, & sancta Romana Ecclesia illum ab antiquo non haberetis titulum, quem vos habere recognoscimus, pro hac defensione, tuitione, & liberatione Populi Ferrariensis a Tyrannide Veneturum, quos in præsentem manus gloriosa vestra operata est, justum esset Civitatem & districtum Ferrarię vestro subdi dominio temporali. Cum enim Civitas Ferrarię & Comitatus a cujuscumque dominio & potestate, præterquam Romanę Ecclesię sint liberi & immunes, nulli facere injuriam, si invicem tanti beneficii suscepti se & Civitatem Comitatum & districtum & omnia bona sua mobilia & immobilia subicerent vestro, & sanctę Romanę Ecclesię dominio temporali. Quapropter, quia vestra fuit Civitas, & totus Comitatus, & districtus Ferrarię, ab antiquo & a fundatione ipsius Civitatis ex causis & privilegiis contentis in Registris Sanctę Romanę Ecclesię; & continue vestra permanfit, ut & nunc de vestro dominio sit, ut supra professio a nobis emissa declarat. Ideo dominium ipsius, quod, etsi vestrum non esset, ut est & fuit, & hoc quod a vobis suscepimus in hac necessitate beneficium, ut præmissum est, vobis & Ecclesię Romanę subdi & concedi deberet: scimus, profiteor, & recognoscimus nomine, quo supra, vobis Domino nostro Clementi Quinto Summo Pontifici, & vestris Successoribus, & Ecclesię Romanę, quod dicta Civitas Ferrarię ab antiquissimo tempore & a

Ferrariensis se, sive Rom. Ecclesie offerunt.

fundatione ipsius Civitatis Ecclesię Romanę subest, & subfuit pleno jure, quod temporalem etiam iurisdictionem, merum scilicet imperium atque mixtum, & omnimodam iurisdictionem, & quod ab ea recepit primariam fundamentum, & liberationes postmodum multas & magnas, ut superius est expressum: quapropter nomine, quo supra, vobis dicto Domino nostro Clementi Quinto, & vestris Successoribus, & Ecclesię Romanę recognoscimus, & profiteor, offerimus, & resignamus, concedimus, subicimus, transferimus, & submittimus, quantum possumus, & ad nos pertinet, licet omnia prædicta, & infra scripta, sint vestra, & Ecclesię Romanę, ac fuerint ab antiquo & a fundatione ipsius Civitatis omnia pedagia, data, thelonia, ripatica, aquas, aquarum decursus, iurisdictiones altas & bassas, merum imperium atque mixtum, gladii potestatem, & omnimodam iurisdictionem, & bona, & jura omnia, quocumque nomine censeantur, quę ipsa Civitas & Populus Ferrariensis, seu quis ibidem præsidens, soliti sunt tenere, possidere, vel quasi seu exercere per se, vel per alium quocumque nomine sive modo in dicta Civitate, Comitatu, & districtu Ferrarię; & nomine, quo supra obligamus dictum Commune, homines, personas, & bona ipsius, & promittimus, quod omni tempore præfati Populus, & Commune, & singuli de ipso Communi habebunt, & tenebunt rata & firma omnia & singula supra dicta; hoc adiecto, quod si circa præmissa vel aliquod prædictorum dubietas aliqua insurgeret, interpretatio, & declaratio fiat ad voluntatem & dispositionem plenam & liberam Domini Papę Clementis, Civitatis & districtus vos, Apostolicę Sedis; Promittentes Nos Sindici supradicti nomine, quo supra, sub pœna amissionis omnium honorum, si quę sibi remanserint, & singularium personarum ejusdem, quam ipso facto incurrant, si contra præmissa fecerint, vel aliquod præmissorum, quod Nos, vel Populus, & Commune prædicti contra præmissa vel aliquod præmissorum nullo unquam tempore veniemus de jure vel de facto, per nos vel per alios, aliquo modo vel causa & nomine dicti Communis, nos Sindici præfati, & singularium personarum ejusdem, & in ipsorum animas, de omnibus prædictis adimplendis, vobis dicto Domino nostro Clementi Papę Quinto, & Successoribus vestris, & Romanę Ecclesię, ligium, homagium, nec non & fidelitatis iuramentum præstamus.

Homagium præstatur.

Juramentum fidelitatis ab eorum Nunciis præstitum.

§. 7. Demum vero dicti Sindici, & quilibet eorum in Animas Potestatis, ac Vexillifer & aliorum omnium prædictorum, quorum sunt Ambassadors & Nuntii, & cuilibet eorum, & pro ipsis & eorum singulis, Sacrosanctis Evangelii tactis corporaliter ab eisdem, eidem Domino Papę præfati, ut prædicitur, & recipienti, & Successoribus ejus, & eidem Ecclesię Romanę, hujusmodi iuramentum fidelitatis; & singulariter singuli eorumdem, junctis eorum manibus inter manus ipsius Domini Papę positus, dictum ligium, homagium fecerunt, & etiam præfiterunt: Quibus sic præfatis, idem Dominus Papa publice mandavit

unbi Notario infra scripto; dictique Ambassadors, & Sindici me rogaverunt instanter, quod de præmissis omnibus conficerem publicam instrumentum. Acta fuerunt præmissa omnia Anno, Mense, Die, Indictione, Pontificatu, & loco prædictis, præsentibus Venerabilibus Patribus & Dominis, Bertrando Episcopo Albien., prædicti Domini Papę Camerario, Arnaldo Abbate Monasterii Fontis frigidis Ordinis Cisterciensis, Narbonen. Diacesis, Sanctę Romanę Ecclesię Vicecancellario, Guidone de Bayssio Archidiacono Bononien., Auditore Contradictarum, Magistro Nicolao de Fractis Correctore Literarum, & Dominis Bernardo Bojardi Archidiacono Xanthonen., Guillelmo Accurri Sacrista Caturcen., Guillelmo Helye Canonico ejusdem Xanthonen., Gregorio Biffa de Placentia Archipresbytero de Montefelice Paduan. Diacesis, Castellano de Tervifio Canonico Tervifin Ecclesiarum Capellanus; ac Magistris, Oddone de Sermineto, & Joanne de Verulis Clericis Camera; ac Patribus Gotefredo & Bernardo Bullatoribus Literarum ipsarum, ac Magistris Joanne de Fumone, Andrea de Setia, Manule de Parma, & Nicolao de Ferentino Scriptoribus; ac Nicolao de Vico, & Odetto de Castillione Magistris Hostiaris; Joanne de Mutina, & Henrico de Yporeya servientibus ipsius Domini Papę; necnon & Magistris Bandino de Aretio, Simone de Podiobonici, & Petro de Sancto Laurentio Abbreviatoribus; ac Dominis Grimerio de Pergamo, Thadeo de Eugubio, & Andrea de Mediolano, in Romana Curia Advocatis; & particularibus aliis ad prædicta vocatis Testibus & rogatis. Et Ego Joannes de Regio Clericus & Notarius Camera præfati Domini Papę Clementis Quinti, publicus Apostolica & Imperiali auctoritate Notarius prædictus, Sindicatus & Literarum exhibitioni, recognitioni, professioni, obligationi, resignationi, concessioni, subjectioni translationi, submissioni, obligationi, promissioni, ac juramenti fidelitatis & homagii præstationi, & receptioni; ac omnibus aliis unquam supradictis Testibus interfui, & de mandato supradicti Domini Papę, rogatusque per Ambassadors & Sindicos supradictos, prædicta omnia & singula scripsi fideliter, & in publicam formam redegi, meoque Signo & nomine roboravi.

Legalizatio superius instrumenti.

§. 8. Nos igitur, vota vestra benigno prosequi cupientes affectu, & volentes vos sicut peculiare, speciale, devotos, ac dilectos Filios in nostro & ipsius Ecclesię benigno sinu favorabiliter confovere; & considerantes attentius, quod vos, spiritu ferventes, & fide pollentes, possistis in petra fidei virtutis vestre constantiam, in devotione ipsius Ecclesię indefessa, nec flantibus seu furentibus ventorum turbidibus fundamenta vestra super bases solidas stabilita, nec irruentibus hostilis potentie fulminibus subruunt; sed contra inimicas acies impugnantium Veneturum, nostrorum & Ecclesię Hostium, sicut invicti pugiles promptis ac pronis animis, & robustis viribus sic fideliter & valide ipsius Ecclesię potentie assististis, quod per Dei gratiam, qui superbis resistit, subsecuta est ex eis gloriose victoria & triumphus; Accedim.